



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 11. Aperit hypocrisis vitium, ejusque pœnam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

§. 11.

Aperit Hypocrisis vitium, ejusque pœnam.

Quoniam Deus dissipavit ossa Eorum, qui
Hominibus placent, confusi sunt, quo-
niam Deus sprevit eos. *Psal 52. v 6,*

Nunc Oculos Hominum fallis, dum
Justus habetis,

b Fraudibus & vitiis plenus, potiusque sepul-
chro

c Albato similis, quod fœdis ossibus horret:
Vivi nomen habes, Animæ sed morte per-
emptus,

Ad peritura Miser, pravus converteris actis;

d Verum extrema dies, nulli quæ parcat ini-
quo

e Te reddet notum, commissaque crimina
pandet,

f Qui tunc confusus, Domino sic spretus ab
ipso,

A mundo illusus stabis, crudele tremendi
Iudicis expectans decreti fulmen ab ore,

g Proque operis ficti, capies mercede, ge-
hennam:

Tunc poterit, pietas nihil hæc simulata, ju-
vare,

Cum Deus, externos Hominum non æsti-
met actus,

§. 12.

a *Matth. 23. b Apoca. 3. c Matth. 23. d 1. Corinth. b*
4. e 2. Corinth. 5. f Psal. 51. & 52. g Psal. 89.

a Si non sincero, procedant cordis amore;

b Internos quærit, veræ Pietatis Amator;

c Hauris aquam cribro, quoties intentio ver-
git,

Ut laudem capias, externa huc facta refle-
ctens,

d Affectus compeſce malos, nec scandala
paruis

e Præbens, ne peccent simili pietatis abusu;

Actibus externis, fuerit si consona vita,

Percipiet meriti Pietas sincera Coronam.

§. 12.

*Explicat severitatem extremi iudicii, & fi-
nalis Sententia. ITE, VENITE,*

Ecce dies veniet, succensa quasi Caminus, &
erunt omnes superbi, & omnes facientes ini-
quitate, stipula, & inflammabit eos adve-
niens dies, dicit Dominus, & non relinquet
eis radicem, neque germen, *Malach. 4, v. 1.*

f **U**T Leo tunc rugiet, qui nunc est mi-
tior Agno-

g Condignasque dabit, quo vis pro crimine
pœnas,

a 1. *Corinth. 5. Philipp. 1. Matt. 5. b* *Luca. 12.*

c 18. *c* *Gen. 4. d* *Matt. 18. c* *Amos 3.*

f *Apos. 6. g* *Isa. 30.*